

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma Qvo Verum Agnum Paschalem Rector Universitatis Rostochiensis
Johann. Nicolaus Qvistorpius, Theol. D. ... Ipsis Feriis Paschalibus Civibus
Academicis Pie meditandum & celebrandum sistit**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1701?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892940115>

Druck Freier  Zugang





F. 512.

1701 Ostern

A-1258. 79.

09.1701.

PROGRAMMA
QVO
VERUM
AGNUM
PASCHALEM

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANN. NICOLAUS
QVISTORPIUS,

THEOL. D. ETP. P. AD D. NICOLAI PASTOR, AC
REV. MINISTERII DIRECTOR.
IPSIS FERIIS PASCHALIBUS
CIVIBUS ACADEMICIS
Pie meditandum & celebrandum
sistit.



ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

11-1256.79.



Ota vobis esto Cives Academici Hon-
oratissimi! superstitio illa Aulæ Pon-
tificiæ, qvam celebratio Festi hujus
Paschalis solemnissimi quotannis in
eadem habet comitem. Nec una
altem illa est. Sed varia, prout ean-
dem prolixe referunt, qui ex Pontifi-
ciis rationaria & officia divina con-
signarunt. Novimus, qvam sacer
hodie *Cereus Paschalis*, qui in festi hujus vigiliâ consecra-
tur, moxque ex peculiariter præparato igne accenditur,
& deinceps multis adhuc aliis cereis lumen suum commu-
nicat. In quo magna simul quærunt mysteria Christum
resurgentem significantia. Sic quoque, ut istiusmodi alia
superstitutionis taceam Ipecimina, aliquod ex memorabiliori-
bus est, cuius mentionem adhuc faciam, solemnis illa *agni*
et rei consecratio in Parasceve Paschali facta. Sic enim
referente Gulielm. Durando in *Rational. divinor. officior. lib.*
6. c. 79. p. 349. hâc die Acolythi Ecclesiæ Romanae faciunt
agnos de cerâ novâ benedicta, velde cera cerei paschalisi
anni præcedentis, admisto chrismate, qui in Sabbato in al-
b's in Ecclesiâ per Dominum Papam populo distribuuntur.
Quamvis hic ipse ritus referentibus recentionibus, ab anti-
qviori aliquantulum hodie differat, ita ut hodie ipse Ponti-
fex agnum hunc consecret, nec amplius ut olim, quotannis
peragatur; sed primo duntaxat anno initæ Pontificiæ
sedis, & deinceps qvolibet tantum septennio. Qvo de A-
gno cereo à Pontifice consecrato integrum tractatum scri-
psit Theoph. Raynaudus, qui continetur in *Operibus* Ejus-
dem Tom. 10. Varias non solum virtutes hujus agni cerei
passim recensent, verum etiam nova quædam in eodem
collocant mysteria, resurrectionem Christi adumbrantia.

Virtutes

Virtutes hujus agni seqventib⁹ comprehendunt verfulis:

Balsamus & munda cera cum Chrismatis unda.
Conscιunt agnum, qvod munus do tibi magnuar.
Fonte velut natum per mystica sacrificatum.
Fulgura de sursum depellit, & omne malignum.
Peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit
Pregnans servatur simul & gnatus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus mente, de fluctibus eripit unda.

Qui rythmi adscribuntur Urbano V. Papae, qui easdem
Græcorū Imperatori inscripsisse dicitur, cum eidem istius-
modi numismata aliquot dono mitteret. Mysterium vero,
qvod in eodem qværunt, describit prolixius Durandus, l.c.
nimirum agni isti Pontificiis significant agnum illum im-
maculatum, qui tollit peccata mundi. Cera significat ejus
humanitatem: sicut Gregorius dicit, mel in cera divini-
tas in humanitate. Apis qvidem, qvæ operatur ceram
cum melle nulla resolvitur libidine: & beata Virgo eum,
qui est DEUS, & homo, concepit sine virili semine. In
cerâ admiscetur oleum seu Chr̄isma; qvia Dominus noster
plenus est misericordia: qvæ per oleum designatur. In
octava distribuuntur, qvia in octava Resurrectionis Domini-
nus suis præmia distribuit. Rursus agnus in agno cereo
præfiguratus & in pascha immolatus, ad memoriam re-
ducitur, cui Gregorius oleum infundi instituisse afferitur,
qvando paschalis agni mysteria reservavit. Et qvæ sunt
his similia, qvæ Pontifici passim de hoc superstitione suo
ritu jactitant, quem multis quoq; fabulis illustravit Jacob.
Marchantius in Horto Pastor. p. 477. seq. Sed relinqvimus
tam festivo hocce tempore Pontificiis solemnitates suas
qvoad externa sat qvidem splendidas; qvoad interna vero
non nisi summæ superstitionis signa, succendant suos ce-

reos paschales, quid juvant lucernæ, cū in mediâ luce cœ-
cūtiantur consercent cereos suos agnos, quid cerei juvant,
cum verum illum paschalem Agnum recte non agnolcant?
Nos, Cives Academicí Honoratissimi! aliter nos tam so-
lemni hocce Paschali festo, ut qvotannis, ita & hodie ex-
hibebimus. Cereus noster paschalis unicus sit verbum
illud Domini, qvod *lucerna pedis nostro, & lux seruitæ nostre*
Pi. CXIX, 10. qvod lumen est lucens in loco tenebroso, usque
dum dies ilucentat, & Lucifer oriatur in eordibus nostris i. Petr.
I. 19. Hoc est lumen illud unicum, qvod vere nobis Salva-
torem nostrum resurgentem ob oculos ponit. Hoc lumen
fistit nobis Agnum illum Paschalem, non cereum; sed ve-
rum, qvi est Christus cum omnibus suis beneficiis. De-
sideratisne imaginem hanc? introspicite Veteris Testamen-
ti Scripturam. Sic enim Exod. XII. describitur Agnus ille
paschalis, quem comedebant Israélitæ. Typus, adeo q̄ &
imago Agnus hic fuit Christi tempore Paschatos pro no-
bis in arā crucis immolati, cujus s̄vavissima nobis hodie
sacra est memoria. Exponit id ita scriptura Novi Testa-
menti & qvidem i. Cor. V. 7. *Etiam Pascha nostrum pro no-*
bis oblatum est in cruce. Agnus est Christus Salvator noster
ob innocentiam candorem, & puritatem. Agnus animal est
innocens ac p̄urum sine feroci malitiâ. Sic Christus sine
omni dolo, perfectissime purus ac in contaminatus. Libe-
rati enim sumus ex vanâ illâ conversatione à patribus tradita,
non corruptilibus argento & auro, sed pretioso sanguine tanquam
agni immaculati & incontaminati Christi i. Petr. I, 18, 19. in
cujus ore non fuit dolutus Jes. LII, 9. Agnus ille etiam *an̄i βδηλο-*
vere sincerus, ut eum qvoq̄ vocat Nazianzenus *orat. de Pas-*
siba. Agnus dicitur Christus ob mansuetudinem &
patientiam. Agnus animal est præ aliis maxime mite ac
patiens. Sic & Christus plane sine ullo exemplo ut man-
suetum


svetum, humilem, ac patientem se exhibuit. Bene Bernhardus serm. beba. pænos. p. 121. ut patientia singularis, sic bu-
milis admirabilis, utraq; sine exemplo, utramq; tamen magni-
fice causa commendat scilicet caritas. Qvæ omnia etiam Scri-
ptura sub imagine agni commendat, exactionera sustinuit,
idemq; offl. clus est; non tamen aperuit os suum, sicut agnus, qvæ
ad mortationem ducitur, & sicut ovis, qvæ coram tonsoribus
suis obmutescit; non inquam aperuit os suum! Iesa. LIII, 7. Sed
non sufficiunt rationes hæc, hisq; similes, qvæ forte adhuc
in medium adduci possent, prout qvidem famosus ille Car-
dinalis, qvæ bellare minus didicit, Bellarminus, & infau-
stus ille Faustus Socinus vellent, qvos tamen masculine re-
futavit optimus qvondam Theologus noster B. Dorsche-
us in Pentadecad. Disp. II, §. 29. sqq. Potissimum etiam Chri-
stus Agnus dicitur ob sacrificium propitiatorium illud
pro peccatis nostris. Agni in V. T. etiam immolabatur
pro peccato, prout ex locis Exod. XXIX, 41. 43. 44. 45. Num.
XXVIII, 6. 15. Levit. V, 6. c. IX, 3. c. XII, 6. 7. 10. &c. egregie
probavit jam laudatus B. noster Dorscheus l. c. Ethanc
ob causam etiam Christum, & qvidem potissimum agnum
dici satis probant loca Scripturæ quando scil. vocatur agnus
Dei tollens mundi peccata Joh. I, 29. 36. Agnus, qui occisus est à
fundatione Mundi Apoc. XIII, 8. &c. Idem qvoq; cruentum
Christi sacrificium est, qvod respicitur, quando Agnus
Paschalis dicitur loco nostri in cruce oblatus, cuius agnus
ille Paschalis V. T. typus qvondam fuit, prout Theologi
prolixius passim ex Scripturâ S. deducunt. Sic subiectum
quantum attinet, legimus Exod. XII, agnum illum tuis-
le non qvemvis, sed selectum purum, & immaculatum,
eumq; masculum & anniculum. Sic & in Christo habe-
mus Pontificem sanctum innocentem impollutum à peccatori-
bus segregatum Hebr. VII, Revera etiam agnus hic fuit ma-
sculus


Iclus & anniculus, quippe qui mascula fortitudine praeditus omnes
nostros subegit hostes, idque non in pueritiae, nec in decrepitate etate;
sed in ipso Vernantis etatis flore dum 34. etatis annum attigisset.
Deinde ut agnus ille paschalis a reliquo grege separabatur die
decimo, & per dies quatuor domi asservabatur, ac i toti familiae
spectandus proponebatur, ut ejus aspectu singuli magis magisque
excitarentur ad commemorandum redemtionis beneficium: ita &
Pascha nostrum Christus Jesus eterni Patris consilio ad opus redem-
tionis mundi segregatus est ante jacta mundi fundamenta, & tan-
dem sub plenitudinem temporis ad id destinatus, ut pro humano
genere Victimam fieret, idque non statim suscepto baptismatis sacra-
mento anno etatis 30. sed quarto demum anno post, ubi attigisset
annum etatis 34. Modus preparationis si attendatur, in eo etiam magna se exerit analogia, sicut enim agnus ille segregatus 14. die a tota
Israelitearum congregatione in unius cuiusque familiæ maciliter jube-
batur, & quidem sub vesperam, ita & Christus ab universitate multitu-
dine immolatus est circa vespere mundi. Sicut sanguis agni immo-
lati fasciculo hyssopi illinebatur utique posti januæ & superlimi-
nari, hoc nimis fine, ne angelus ~~in~~ ^{et} vespere savigret in primo-
genita Israelitearum; sed hoc veluti signo arceretur. Ita & sanguis
Christi hyssopo Evangelii per fidem postibus cordium nostrorum
aspergitur, ut salvi & immunes simus a vastatore diabolo, & emun-
dat ab iniqvitate vivamus perpetuo. Sicut agnus ille paschalis occi-
debat quidem; sed ossa illi non erant comminuenda: ita & Christus
immolatus est, sed crura ejus more aliæ solito, non frangere-
bantur Joh. XIX. cum mox die tertia a mortuis resurgendum ipse
esset. Agnum paschalem assari oportebat: sic & Christus in arce
crucis. De quo optime Justinus, *Agnus ille, inquit, de quo ut assus*
fieret totas, perceperum est supplicium crucis, quod subiturus erat Christus,
symbolum & nota fuit. Agnus namque assus in figuram crucis
similem, conformatus ad ignem corretur. Nam veru anum ab insi-
mis partibus ad caput usque ad atlum perfigitur: & aliud rursus secun-
dum scapulas, ad quod suspenduntur manus agni. Sic verum similem
crucis, bacilli, quibus involvæ, pedum anteriorum & posteriorum ad atlum
idem distendebantur, transversum lignum ac clavos in manus, ac pedes
Domini infixos prefigurabat, ut plura alia taceam, in quibus typi &
antitypi

antitypi analogia ostendi posset. Verum hunc Agnum paschalem
pro nobis immolatum vobis Cives Academic! hodie pie meditan-
dum ac celebrandum sisto, & quidem praelucente vero illo paschalii
cereo verbo scilicet Domini in fidem vestram a Spiritu S. vobis ac-
censo. Ex hocce, non saltem hinc: sed & in quibusvis concioni-
bus paschalibus hic agnus Dei hodie vobis depingitur. Officii ergo
vestri estote memorē. De Francisco refert Bonaventura in *Eiusdem*
vita, eum quoties agnum videret, vel nominari audierit, tenero affe-
ctu fuisse commotum, solutum in lacrymas & quoties potuerit,
agnos, qui ad occasionem ducebantur redemisse. Videtis hodie
Agnum illum Dei verum, multa de eodem corda vestra tangentia
auditis. Commoveamini & vos, ex una parte peccata vestra, quae
hic agnus DEI cum reliquis totius mundi tulit, dolendo, ex altera
vero parte verâ fidē hunc agnum DEI ut mediatorem ac satisfactio-
rem vestrum apprehendendo, debita cum reverentiâ Eum religiose
adorando, Ei q; pro tot egregiis in vos collatis beneficiis, immorta-
les grates agendo inque diversorum cordis vestri summâ cum lati-
tiâ excipiendo. Aliorum supersticio vestra sit religio. De Carolo
M. referunt Pontifici, eum, cum coronatus esset Imperator, & a
Leone III. Papa imaginem magni dono accepisset, hanc tanquam ma-
gnum thesaurum cum insigni pierate exceperit. Item cum Urbanus V.
plures agnos cereos misisset ad Imperatorem Constantinopolitanum
Eum solemini processione instituta cum elero & populo obviasse &
triumphali more in urbem induxisse, ut legitur in *registro summorum*
Pontificum. Agnus noster Paschalis dono vobis datur non a Pa-
pâ quodam, patre aliquo hoc nomine indigno, sed a cœlesti vestro
Patre, Patre illo luminum: *Sic enim Deus dilexit mundum ut filium*
suum unigenitum nobis daret Joh. III. 16. debitâ cum devotione ac pi-
etate ergo Agno huic Domino occurrite, eumq; ut thesaurum reve-
ra magnum excipite ac recondite; in primis vero, quod eidem per-
quam gratissimum erit, vestigia ejus laudabilissima verèque divina
premit, quemadmodum prototypum aliquod vobis reliquit voca-
tioni vestra maxime conveniens. Novis agnum Christum inter
alia dici ob innocentiam, puritatem ac candorem. Exemplum id
vobis esto, quod imitari ad minimum conemini. Evidem licet ad
eam perfectionem in hac mortalitate pertingere non detur, ut plane
absque omnium timus peccato, sinceritatis tamen bona que conuenientia

tiæ studio incumbendum est. Faciunt autem inter alia conscientiam bonam duo: pánitentia & continéntia, iuxta Bernhard. Serm. parv. I. col. 430. Novistis: Agnum dici Christum ob mansuerudinem humilitatem, & patientiam. His peregregiis sane virtutibus & vobis est studendum. Christus cum malediceretur, sibi maledicta non regessit, cum patreteretur non cominatus est: eradicavit vero ei qui judicat iuste. I. Petri. II. 23. Hoc & vestrum esto ut reges pax. Et vobis acclamat Christus: Discite à me quia misericordia sum & humilis corde Matth. XI. Si ergo Christi Discipuli aveatis esse, hæc addiscenda, nec addiscenda saltem, sed & praxi subjicienda erunt. Absitergo omnis à vobis ira, & ad iram provocatio, ut & propria vindicta sanguinem sitiens. Si vero vindictam forte de hoste velutis sumere ad iram vestram vos convertite. Hac enim hostis maximus est, quippe animam occidit. Novistis Agnum hunc pro peccatis vestris esse immolatum. Et hoc exemplum vobis est, secundum quod vosmet ipsos Deo vestro immoletis, i. e. ut spirituales regiq; sacerdotes carnem vestram una cum cupiditatibus crucifigatis, mortificetis & hostias honorum operum DEO in suavissimum odorem, spiritualiter offeratis. Qui enim Christi sunt ita carnem crucifigunt cum passionibus & concupiscentiis, Gal. V. 24. Negat decet membrum esse delicatum sub capite crucifixio, iuxta Bernhard. f. 1602. Novistis Christum vestrum esse Paschalem Agnum. Et hic officium vestrum vobis in memoriam revoco. Agnus paschalis in V. T. manducabatur adhibitus in esu panibus fermentatis, nec non lactucis agrestibus: ita etiamnum pascha nostrum Christus manducari vult panibus fermentatis i. e. animis fermento superstitionum, errorum ac corruptelarum alienis, & quidem in verâ pénitentiâ cum amara peccatorum recordatione, eorundemque remotione. Idem est Apostoli monitum i. Cor. V, 7. 8. expurgare vetus fermentum, ut sitis novamassa, sicut estis fermentati. Feriemur non in fermento antiquo neq; in fermento malicie & improbitatis; sed in azymis sinceritatis & veritatis. i. e. exponente Nilo, exerceamus puritatem in corde, castitatem in corpore, ea enim utræcumque templum nos Dei efficiant. Operetur hæc omnia in vobis gratia Domini, quæ nobiscum sit in seculorum secula.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus in ipso Paschatos Festo
die XXVI. Martii ANNO MDCCCI.





ostendi posset. Verum hunc Agnum paschalem
atum vobis Cives Academici ! hodie pie meditan-
dum esto, & quidem prælucentे vero illo paschali
cet Domini in fidem vestram à Spiritu S. vobis ac-
ce, non saltem hic: sed & in qvibusvis concioni-
ic agnus Dei hodie vobis depingitur. Officii ergo
nores. De Francisco refert Bonaventura in *Eiusdem*
agnum videret, vel nominari audierit, tenero affe-
totum, solutum in lacrymas & qvoties potuerit,
ccasionem ducebantur redemisse. Videtis hodie
ei verum, multa de eodem corda vestra tangentia
oveamini & vos, ex unā parte peccata vestra, qvæ
cum reliquis totius mundi tulit, dolendo, ex alterā
ide hunc agnum DEI ut mediatorem ac satisfacto-
rehendendo, debita cum reverentiâ Eum religiose
ro tot egregiis in vos collatis beneficiis, immorta-
lē inqve diversorum cordis vestri sumimâ cum lati-
Aliorum supersticio vestra sit religio. De Carolo
ntificii, eum, cum coronatus esset Imperator, & à
maginem agni dono accepisset, hanc tanquam ma-
cum insigni pietate excepisse. Item cum Urbanus V.
eos misisset ad Imperatorem Constantinopolitanum
cessione institutâ cum elero & populo obviaisse &
in urbera induxisse, ut legitur in *registro summorum*
agnus noster Paschalis dono vobis datur non à Pa-
re aliquo hoc nomine indigno, sed à cœlesti vestro
luminum: *Sicut enim D. us dilexit mundum ut filium*
nobis daret Joh. III, 16. debitâ cum devotione ac pi-
huic Domino occurrite, eumq; ut thesaurum reve-
pite ac recondite; in primis vero, qvod eidem per-
im erit, vestigia ejus laudabilissima vereq; divina
modum prototypum aliquod vobis reliquit voca-
tione conveniens. Novistis agnum Christum inter-
centiam, puritatem ac candorem. Exemplum id
imitari ad minimum conemini. Equidem licet ad
m in hac mortalitate pertingere non detur, ut plane
aus peccato, sinceritatis tamen bonaq; conscientia

tix

Image Engineering Scan Reference Chart TE65 Serial No. 0312